

THESES CONTROVERSÆ

QUAS UNA CUM

COMMENTATIONE HISTORICA ET CRITICA

QUAE INSCRIPTA EST

ISIDOR UND ILDEPHONS ALS LITTERARHISTORIKER

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI THEOLOGORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN THEOLOGIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXVI. MENSIS APRILIS A. MDCCCC

PUBLICICE DEFENDET

GUSTAVUS DE DZIAŁOWSKI,

DIAC. DIOEC. CULM.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

A. STEUER, PRÆSB. ARCHIDIOEC. GNESN. ET POSN.

J. ZAREMBA, PRÆSB. DIOEC. CULM.

ST. MICHALSKI, PRÆSB. ARCHIDIOEC. GNESN. ET POSN.

MONASTERII GUESTF.

EX OFFICINA SOCIET. TYPOGRAPH. GUESTF.

MDCCCC.

THESES CONTROVERSARUM.

1. Priora duodecim capita opusculi Isidori „de viris illustribus“, a multis incerto auctori adscripta, Isidori sunt.
 2. Ildephonsus librum „de viris illustribus“ ea mente composuit, ut ampliorem ecclesiae suae Toletanae dignitatem vindicaret.
 3. Quae Godefridus Viterbiensis de causa mortis Papae Lucii II. refert, contra fidem historiae sunt.
 4. Infallibilitas, qua pollet ecclesia in iudicio definitivo de canonisatione sanctorum, non extenditur ad decretum beatificationis.
 5. Anticipationem matutini cum laudibus iam hora secunda pomeridiana toto anni tempore fieri posse probabile est.
 6. Ad implendum ecclesiae praeceptum audiendae missae requiritur intentio interna saltem implicita.
 7. In Protoevangelio Gen. 3, 15 praenuntiatur triumphus Dei-parae de omni, etiam de originali peccato.
 8. Verbis Salvatoris „ὄπω γὰρ ἴδρα μου“ (Joan. 2, 4) non interrogatio sed affirmatio continetur.
-

V I T A.

Natus sum Gustavus de Działowski in Borussiae Occidentalis vico, cui nomen Drückenhof (Uciaż), d. 1. Aprilis 1872, patre Apollinari et matre Maria e gente de Nałęcz, quos integris adhuc pollere viribus summopere gaudeo. Litterarum elementis domi imbutus, in gymnasio Culmensi maturitatis testimonium a. 1893 adeptus, per duo semestria in Academia Monasteriensi philosophicis et theologicis studiis, anno sequenti per semestre in Herbipolensi, per alterum in Universitate Monachiensi, deinde per octo semestria iterum Monasterii sacrae scientiae, imprimis historiae ecclesiasticae, operam impendi, ibique d. 27. Junii 1899 examen pro doctoratu peregi. Quo facto in seminario clericali Pelplinensi in practicae et asceticae theologiae studium incubui, et ab Illmo et Rmo Domino Augustino Rosentreter, episcopo Culmensi, d. 1. April. a. 1900 ad sacrum diaconatus ordinem promotus fui.

Docuerunt me in Academia Monasteriensi: A. R. DD. Bludau, Fell, Funcke, Hagemann, Hartmann, Hitze, Mausbach, Pieper, Pohle, A. Schaefer, Sdralek; in Univ. Herbipol.: A. R. DD. Abert, Ehrhard, Schell; in Univ. Monach.: A. R. DD. Atzberger, Dausch, Knöpfler, Silbernagl, Wirtmüller.

Omnibus his viris doctissimis, praecipue A. R. D. Sdralek, gratias ago maximas.

